Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32269
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift



ens. Deinde intempesta iam nocte rursus ascendo rogatur exire: quod
que audiui percipere posset. Sed hoc enim adlectum referre: Qui
dum nullius sonitum uel musicationem se sensisse renuntiat.
mox splendor inestimabilis claritatis quem Leontius mi
nime se ferre fatebatur. per fenestram altaris in parte eius de
basilice in qua sanissimus discumbebat. infirmus ingreditur.
Sed dum namque apostolum infirmatus carne. spiritu potentior erat.
Cuius anima non qualiscumque sed beatissima. corporalibus solutis uin
culis egressa. eo ipso diuine ut credimus claritatis lumine
suscepta. et tamen paradysi in gaudio perpetuique splendoris a
menitatem intrauit. ubi nunc et semper preciosi diadematis la
pide coronatur. in sempiterna celi arce felici perfusus luce
exultantibus letatur sanctis. ipso prestante deo et domino nostro ihesu
christo qui cum patre et spiritu sancto ii. et xi. per omnia sancta. Amen. Vita sancti
felicis in pincis.

Apud Nolam ciuitatem Cam
panie. beati felicis presbiteri. Hic ama
ximiano Nolane urbis episcopo. presbiterii
honore preditus est. Cum autem imperatorum
decreta christianos insequi precepissent.
maximianus pontifex iam senio pregrauatus. putans se non pos
se ferre supplicia. siluarum saltus adiit. Quos dum turbidus de
persecutione perraret. affectus fame. gelu atrius. solo cor
ruit semiuiuus. At beatus felix captus et uinculis astrictus.
cum ante presidem Graecum adductus fuisset. multaque ante
ipsum de portentis deorum. quod nichil essent disputasset. eum
que prefectus impelleret ut immolaret. Respondit. Inimici estis deorum
uestrorum. Adquecumque enim me deorum uestrorum templa eduxeritis.
hec eis eueniet quod euenit uel. adque meum fratrem uos duxisse
peremptum. Sed si uultis probare uirtutem domini mei ihesu christi.
me ad capitolium ire iubete. ut ipsum iouem principem
demoniorum uestrorum ruere faciam. Mox ipsi iudex compressis
auribus suis iussit eum fustibus cedi. deinde eculei tormentis
applicari. Inde beatus confessor carceri includitur. in quo non me
diocribus uinculis astrictus. cocleis ac testulis super positus ex
tenditur. Et ecce noctis medio angelus domini confractis catenis
scissaque turbe qua pedes eius conclusi tenebantur. ait illi. Sur
ge et egredere ac requirere sacerdotem tuum. inuentumque reduc
ad urbem: et abscondere ne in media fame depereat. donec
desinat persecutio. Cumque beatus felix egressus sacerdotem et episcopum
suum requireret. inuenit illum solo prostratum. clausis oculis.
strictisque dentibus uix expirantem: Et cum anxie requireret.
quid alimenti defecto seni porrigeret. ecce subito unam de
sentibus pendere miratur. De qua aliquibus granis in os senis
depressis. paululum senior refocillatus surrexit. Quem hume
ris impositum felix ad ciuitatem detulit. et sub tugurio
cuiusdam iudice commendatum alimentis pauit. Deinde captus et
in exilium deportatus est. beatus martir in monte qui uocatur cir
ceio uel lapides excidebantur. ut ipse dampnatus pari modo ce
sor lapidum esset. Vt probi cuiusdam filiam a demonio liberauit.
uxorem eius ab ydropisi morbo curauit. ipsumque probum cum
uxore sua et filia et pluribus aliis in christo baptizauit. Post
deinde regressus crescente persecutione iterum mittitur persecutor
ex numero apparitorum. qui bene felicem teneret. Quem cum solli
cite requireret. et eundem ipsum felicem interrogaret. si nos
set uel felix presbiter lateret. hac inquit felix parte abiit. Per
secutore discedente. felix latebram petiit. Sed non mora per
secutor ipse persequitur. At martir inter parietes diruptos
occultabatur. ubi in primo domus introitu. araneorum tele
dependentes. intus neminem tunc esse fidem fecerant. Qua in
fione delusus inimicus abscessit. et sic martir ad aliud
locum demigrans. a muliere quadam per tres menses pastus est.
Cuius tamen faciem dum eisdem latibulis celaretur. nullo modo uidit.
Postmodum uero apostolus Nolam pontificem demoniorum ad christum
conuertens. templum Apollinis prius demone responsa
dabat expulso. uirtute diuina deiecit. Virtutibus itaque
adeo illustris factus. cum uellet uniuersus populus Nolanus ut le
uaretur episcopus non consensit. sed alterum in pontificali sede deli
gens. ipse per xii. annos quos apostolus nolam cessante persecutio
ne fecerat. dominica die mysteriis confectis data pace omnibus. se in
patimentum oratur proiecit. Mox beati uiri anima de carnis er
gastulo egressa. post gratiam in christo tormenta quam pacienter tulerat.
felicia regna ipse uere felix ascendit. sepultusque est iuxta urbem
in loco qui dicitur pincis. ab elpedio uenerabili sanctoque presbitero.
xviiii. kalendas februarii. uel claris semper actibus fulget uirtu
tibus.

Vita sancti Marcelli pp et martiris. xvii. kalendas februarii.

Tempore
Quo maximianus augustus reduit de
partibus affrice: ad urbem romam. uo
lens placere diocletiano augusto

G xviiii. k. fe b R.

B xvii. k. fe B.